

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Secundus dialogus, de republica

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

haud omnino verum est. Non enim abstinere inuicem ab iniuria, si prorsus iniusti essent. Sed liquet in ipsis esse iustitiam quandam quae ipsos ita afficiat, ut se inuicem ledere nolint simul atque alios, per quam agunt quaecumque agunt. Impulsi autem sunt ad iniuste agendum, iniustitia, cum semimali essent. Nam qui ad summum nequitia & iniustitia peruenierunt, perficere omnino nihil possunt. Haec quidem quod ita se habeant, non autem ut tu supra ponebas, intelligo. Vtrum autem & melius uiuant iusti quam iniusti, & feliciores sint, quod quidem postea considerare proposueramus, considerandum est. Et, ut mihi quidem videtur, hoc ex his quae diximus, sequitur. Sed tamen melius considerandum. Non enim de re quadam vili spernendam, sed quoniam modo uiuendum sit, habetur oratio. Considera. Ecce considero. Dic igitur, opusne equi tibi aliquid esse videtur? Mihi quidem. Nunc hoc quidem diceres, & equi & alterius cuiuslibet opus, quod vel solo illo, vel maxime quis exleret? Haud intelligo. Attende sic forte intelliges. Aliamne re quam oculis vides? Minime. Quid vero? aliamne audire quam auribus? Nequaquam. Ergo hac horum opera recte diceremus. Recte. Possesne gladio, & scalpello, & multis alijs, vitis palmites amputare? Quidam? Veruntamen non ita commodes ut falce ad usum hunc fabricata. Est ut dicis. Ergo nonne hoc istius opus esse dicemus? Dicemus profecto. Existimo melius te nunc tenere, quae paulo ante dicebas, quum interrogarem an id cuiusque opus esset, quod vel solo illo, vel melius quam ceteris efficitur. Intelligo iam. Idem mihi cuiusque opus esse videtur. Nonne & virtus tibi esse videtur, cui aliquod opus adscribitur? Reuertamur igitur ad priora. Oculorum dicimus esse opus aliquod? Certum. Ergo nonne et virtus oculorum est? Et virtus. Et aurium opus? Et aurium. Est ergo & virtus. Est. Nonne de reliquis omnibus eodem modo dicendum? Eodem. Nunquid oculi opus suum pulchre aliquando exercerent, virtutem propriam non habentes, sed pro virtute vitium? At quo? Cecitatem nanque fortasse pro visu dicis. Quaecumque illorum sit virtus, nam ad praesens non id quae ro, sed vtrum propria virtute recte suum opus exerceat, vitio vero non recte. Vera loqueris. Nonne & aures sua priuata virtute male suum opus exercebunt? Male. Idemne sentimus de reliquis omnibus? Idem. Age & hac praeterea contemplantur. Estne anima aliquod opus, quod nulla re alia faceres, veluti curare, imperare, consuulere, & alia generis eiusdem? Nunquid haec alteri rei quam a iure tribuere possemus, diceremusque, ipsius propria esse? Nulli alteri. Quid autem ipsum viuere? An non anima opus esse dicemus? Maxime. An non & virtute quandam anima esse dicemus? Dicimus. Nunquid anima quandoque, o Thrasymache, propria virtute priuata opera sua bene explebit? Vel nullo modo poterit? Non poterit. Necesse est igitur malam animam male imperare atque curare, bonam vero hac omnia bene facere. Necesse. Concessimusne virtute anima iustitiam esse, iniustitiam vitium? Concessimus. Iusta ergo anima iustusque, uir bene uiuet, iniustus autem male. Ita secundum rationem tuam apparebit. Qui autem bene uiuit, beatus est & felix. Qui male, contra. Quidam? Igitur iustus felix est, iniustus miser. Sint. At miserum esse non prodest. prodest autem esse felicem. Proculdubio. Nunquam igitur o beate Thrasymache, conducit

bilis erit iniustitia quam iustitia. His epulis crassatius fueris in Dionysio, o Socrates. Apud te quidem comedis Thrasymache, postquam mitior mihi effectus es, difficiliorque esse cessasti. Non tamen abunde vesci contigit, atque id mea quidem causa potius quam tua. Nam quemadmodum epularum auidiores homines incontinentesque rapiunt semper quodcumque, in conuiuio superfertur, gustantque illud antequam prioribus dapibus satis vescantur: ita & ipse, ut mihi videor, prius quam inuenire quod principio fuit propositum, quid ipsum videlicet iustum sit, eo praetermissio ad considerandum me contuli, vtrum prauitas sit & iniustitia, siue sapientia virtusque, ac postremo incidente oratione illa quae asserebat, conducibiliorem iniustitiam esse quam iustitiam, non me continui, quin ab illo ad hoc descendere. Quapropter mihi in praesentia ex hac disputatione contingit, ut nihil norim. Quando enim iustum quid sit ignoro, nullo pacto sciam virtusne sit an contra, atque vtrum qui id possidet, beatus sit, vel non beatus.

SECUNDVS DIA- LOGVS, DE RE- PVBLICA.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



SECUNDVS dialogus à trina exorditur diuisione bonorum. Bonum profecto idem est atque expetendum. Expetimus autem aliquid sui ipsius gratia tantum, ut voluptates & gaudium. Aliquid alterius solum gratia, qualia quaecumque laboriosa sunt. Aliquid & gratia sui, & aliorum quae inde sequuntur, ceu cognitionem ad prosperam valetudinem. Iustitiam vero dicit, cum aliorum ex ea sequentium, tum vel maxime sui ipsius gratia expetenda. Sed antequam de iustitia perfecte quicquam desinatur, Glauco, quae praetermissa sunt à Thrasymacho, pro iniustitia patrocinio copiosius elegantiusque, prosequitur, adde & modestius. Ait enim non quae ita sentiat, sed ut pronocet Socratem ad iustitiam acrius defendendam, iniustitiam se laudaturum. Similia quaedam habemus & in Gorgia. Post eum Adimantus, & primus pro iustitia verba facit, praemia illi & humana tribuens & diuina. ubi notabis religiosa quaedam mysteria poetarum. Deinde nonnulla pro iniustitia adducit in medium, personam videlicet, & Socratis, & Thrasymachi referens, addens etiam se non iustitiam vituperare velle, sed quodammodo Socratem irritare. Optat autem laudes audire iustitiae, quae non ab externis, sed ab intrinseca iustitiae natura ducantur, quales afferri ab alijs non consueverint. Tu vero animaduerte non temere Plato non multa hic rursus ad poetas sacerdotesque pertinentia posuisse. ostendit enim in his saepe à poetis saepius à malis sacerdotibus peccandi licentiam provenire. Vbi gentium superstitiones irridet. Praeterea haud ab re in his libris omnium sibi charissimis charissimas sibi personas inferuisse, Glauconem Adimantumque fratres eius, patremque Aristonem. Rursus Socratem nihil in omni eius vita propensius contemplatum, quam seclusis externis affectibus, quidnam sit, quidue faciat virtus ipsa, uitiumque in animo. Quod quidem & sponte & prouocatus deinceps de iustitia & iniustitia demonstrabit. Sed ego hic iniuste nimium praetermissi mirum illud iustitiae praemium ex Musaei mente adductum, perpetuam inquam ebrietatem. Quod quidem Musaeus accepit ab Orpheo, id ipsum per Dionysium sacra significante. Hoc illi prophético simile: Inebriabor ab ebrietate domus tuae. Ebrietas ergo sit duplex. Altera quidem sub luna, Letheo inducitur potu: per quam anima extra se posita, et infra se posita obliuiscitur diuorum circa terrena delirans. Altera vero super lunam neclarea proueniens potione, per quam anima extra se posita, supra se posita morborum mortalium obliuiscitur, suspiciensque diuina quasi primo illorum splendore caligat: siue potius saporem gustans nono quodam calore è priori habitu permittatur. Mox vero perspicue cernit gustatque salubriter, imò vero nutritur. Profecto idea diuina per quam factus est animus, redempti illabitur animo, ceu gustui sa-
por. Ab eo primum suauiter siquid alienum est diluit. Deinde pemi-
tus

tas implet, magisq; implendo delectat. Tertio redigit in seipsam inestimabili voluptate perfundens. Vbi animus ex anima primum factus est intellectus, ex intellectu denique Deus. Neque ulterius sicut prius sapit, neque quae prius, sed sapit aliter atque alia. Et quemadmodum apud nos imaginatio vehemens mouet formatq; corpus, ita & ibi corpus subiectum animae sensusq; eius à potentissima cogitatione mentis mouetur protinus & fermatur, adeo ut ineffabili dulcedine mentis mirabiliter & sensus dulcescat & corpus. Sed iam ad iustitiam reuertamur. Hanc Socrates, tanquam disputationis suae finem atque obiectum, per singula quaerens, quia difficile inueniretur in animo, prius quaerit in ciuitate, tanquam in ea manifestiorem futuram, ut per hanc demum, animi iustitiam manifestè definiat. Vt autem iustitiam in ciuitate considerare queat, constituit ab initio ciuitatem, dicens primo quae sit eius origo, scilicet indigentia mutua. deinde quae materia, scilicet res artesq; necessariae. postremo quae forma, videlicet regula victus, legitimatq; gubernatio. Et videto quantum laudet vitam sobriam, quantum vituperet delicatam atq; luxuriosam. Alla quidem sana atq; sufficiens, haec autem insana & indigens plurimorum. Denique quum ob hanc nascatur bellum, opus est in eiusmodi ciuitate militibus. quapropter ad diligentem militaris artis institutionem descendens, quot necessariae sint militi strenua & custodi patriam, accurate persequitur. In omnibus vero memento, neminem ad diuersa aptissimum nasci posse. Ideoq; nullum diuersas artes exercere debere. Praesertim quum ex alterius opere, opus impediatur alterius. Oportere & unquamque artem suam statim à puero & per oem vitam continuè exercere. Praeterea militem patriam custodem talem & nasci & educari debere, ut canis instar & erga notos sit mitis, & aduersus ignotos ferox, semperq; vigil & sagax. Proinde asserit Socrates principium cuiuslibet operis maximum quiddam esse, in tenera praesertim aetate facile vtriusque formabili. Idcirco futuros milites à teneris vnguiculis & secundum animum primo per musicam, & secundum corpus deinde per gymnasticam ritè format, sub musica comprehendens fabulas quoque poeticas. Quas praecipit assidue puerorum auribus adhibere. Sed tales solè, quales ad militare studium quasi proeludia quaedam & prouocent & erudiant. Similiterq; ceteros his à pueritia fabulis iubet assuescere, quae studio potissimum futuro conducant. Contrarias vero longius arcet. Id vero maximum est praecipuum. Detestatur mox poeticam impietatem turpia de dijs fingentem. Atq; eiusmodi audiri fabulas prohibet. Subiungit geminas theologiae figuras. Primam, Deum oino bonum esse, bonorumq; duntaxat causam. Mali vero nullius causam esse Deum. Item siquè Deus punit, punire gratia boni. Secundam vero, Deum esse penitus immutabilem, ex eo quod simplicissimus, potentissimus, optimus, sapientissimus. Quo fit ut neget Deum aliquando quinquam fallere, vel fictis simulacris, vel signis atque verbis. Neque enim in varias mutatur formas, neq; cui non mutetur, simulat permutari. Conclude librum aurea quadam sententia. Mendacium maximè omnium & dijs & hominibus est odiosum. Quod si mendacium in sermone odiosum est, idq; simulacrum est mendacium ipsius quod est in animo, nimirum mendacium quod in aëre est, & hominibus est admodum odiosum. Eiusmodi vero mendacium est ignorantia, per quam circa rerum veritatem sibimet animus ipse mentitur. Quoniam vero veritas ad id quod esse dicitur, spectat, ideoq; falsum ad non esse declinat, merito mēdax quatenus in falsum labitur, eatenus in nihilum quoque prolabitur.



HAEC quum dixissem, à disputatione liberatū me esse putabam, verum hoc, ut videtur, proœmiū modo fuit. Glauco. n. & semper alias vir, certè ad oia fortissimus, & tunc quidem Thrasymachi defatigationem haud probauit, sed dixit: Vtrum, o Socrate,

nobis persuasisse videri cupis, an reuera persuadere, quod oino praestet iustum esse quam iniustum? Ego quidem, si in mea optione esset, reuera persuadere malletm. Nō igitur facis, inquit, quod vis. Dic. n. mihi, videtur ne tibi hmoi aliquid esse bonū, quod quidem eligeremus, haud certè q̄ ex eo sequantur cupientes, sed ipm gratia ipsius amātes? quemadmodū gaudere, et voluptates quacūque sine nocumēto sunt, et quae in posterū nihil praeter gaudium allaturae sint eas habenti. Mihi sanè videtur, inquit, esse aliquid tale. Quid autem? est ne aliquid, quod &

ipsum gratia ipsius, & eorum quae ab eo fluunt, amemus? Quemadmodū sapere, videre, valere. hac. n. hmoi propter vtrung eligimur. Certè, inquam. Tertium autem vides, inquit, genus boni, in quo est exerceri, male valentem curari, medicationemq; & pecuniariam exercere? Haec vtrig laboriosa fatemur esse, prodesse autem nobis. Et ipsa quidē sui gratia nunquā expeteremus, sed questus & aliorum quae ab eis proficiuntur gratia. Est hoc plane, inquam, genus tertium. Quid tu? In quonam istorum, inquit, iustitiam ponis? Mea quidem sententia in pulcherrimo, quod tam propter seipsum quam propter ea quae efficit ab eo qui beatus sit futurus, expetitur. Haud ita multis videtur, sed laboriosi generis esse, quod quidem propter praemia & honores & gloria sit expetendū, propter seipsum autem tanquam difficile fugiendū. Noui equidem isthuc multis videri, quocirca iam pridem à Thrasymacho quasi tale quiddam sit, vituperatur: iniustitia vero laudatur. Sed ego hebes sum, ut videtur. Age itaque & me audi, inquit, si tibi quoq; haec videantur. Thrasymachus nempe prius quam oportet tanquam serpens carminibus delinitus abs te fuisse videtur. Mihi autem nondum ex sententia demonstratio vtriusq; euenit. Cupio, n. audire quid sit vtrung, & qualē vim habeat ipsum secundum seipsum existens in animo: praemia vero et quae ex ipsis proueniunt, mittere. Sic igitur factū, si & tibi placeat. Renouabo equidem Thrasymachi orationem, & primum dicam quale quid iustitia esse dicant, & unde eam tam fuisse velint. Secundo vero loco, omnes quicūq; iustitiam colunt, inuitos quodāmodo eam sequi, & tanquam necessariā, sed non bonam. Tertio, merito id agere. Nō ergo melior iniusti vita quam iusti, ut tradunt. Mihi quidem, o Socrates, nō ita videtur. Ambigo tamen quāruque, quia obtundor quotidie Thrasymachum alioquin numero audiens. Oratione vero pro ipsa iustitia quod melior quam iniustitia sit, ex nullo adhuc audiri vellet. Cuperem quippe iustitiam ipsam secundum seipsum audire laudatam. maximè vero ex te hoc me arbitror audirum. Quapropter dicam latius iniustam vitam laudari, dicendū ostendam tibi, quonam maximè modo audire te velim, vituperantem quidem iniustitiam, iustitiam vero laudantem. Sed vide an hoc tibi placeat. Maximè, inquam, oim: de qua enim re quis sana mentis libetis et audiat et dicat? Praeclare, inquit, loqueris. Enim vero quod primum de hoc dicere pollicitus sum, iam audi quale sit, & unde sit orta iustitia. Natura quidē dicit iniuriam facere bonum esse, iniuria autem officii malū. sed longè plus mali esse in patiendū iniuriā, quam in inferendo boni. Quāobrem postquam vicissim iniuriam & intulerint & acceperint, et vtrung gustauerint, qui ne queunt vitare illud, id cōsequi operis aperecū fore ducunt, ut ita inuicem cōponantur, ut neq; i ferri, neq; accipi possit iniuria: hincq; volūt originē habuisse leges constitutionesq; & nominata esse praepcepta legū legitima atq; iusta. Haec itaq; iustitia originem & substantiā esse volūt quae media quodāmodo sit optimum inter et pessimū. Quandoquidem optimum est inferre iniurias, nec dare penas: pessimū vero pati, nec vlisci posse. Iustum ergo horum in medio constitutum amari non tanquam bonum, sed ex imbecillitate iniuriandi tanquam iniuriarum inferendarum obstaculum. Eum sane qui hoc efficere possit,

uereq;

Verè sit vir, cum alio pacisci nunquam decerneret, ne
 vero citroq; iniuria inferatur, alioquin insaniret. Hac
 est, o Socrates, natura iustitiae atq; homi & ex talibus,
 ut ferunt, progenita. Quod aut qui iustitiam seruant,
 iniusti id agant, cum ex imbecillitate iniuriã inferre ne-
 queant, planè perspiceremus, si tale quiddam aïo finge-
 remus: si utriq; licentiã largiremur quodcumq; liberet a-
 gendi, & iusto pariter & iniusto: deinde pone sequere-
 mur, explorantes quò rapiat utriq; libido: inueniremus
 profecto iustum plus habendi auiditate compulsus ad ea
 dem se atq; iniustum conferre. Hoc siquidem natura ois
 ut bonum expetit, lege aut ac vi ad aequalitatẽ seruandã
 ducitur. Erit aut licentiã quam dico, talis istis si detur,
 qualem aliquando ferunt fuisse Gyge Lydi progenitori.
 fuisse. n. ipsum ferunt mercenariũ pastorem eius qui tũc
 Lydi imperabat. Magna aut imbruium tempestate exor-
 ta, motaq; terra, ferunt terrã hiatũ fecisse in ea regio-
 ne, ubi ille armenta pascebat. Quæ cũ vidisset, mirabũ
 duo in hiatum descendit, conspexitq; & alia quæ fabu-
 lantur miranda, & æquum enẽ concisum, & per fen-
 estram cadauer in aluo equi aũ aduertit, maius quidem
 humana forma. hoc nihil habebat aliud pter aureum di-
 gito anulũ. Quo sublato abiit, ac paulo post ad pastoralẽ
 peruenit conuentũ, in quo legatus de rebus peculij ad re-
 gem per singulos menses referendis creandus erat, iuxtaq;
 alios assedit. Acciditq; ut cum forte gemã in torsum
 ad manum verteret anuli, quem à cadauere arripierat,
 subito à nullo conspiceretur, aliq; de illo tanquã absente
 loqueretur. Admiratus ergo, gemã rursus extrorsum
 conuertit. quo facto, rursus apparuit. Hoc ille aũ aduer-
 tens, diligentius periculũ fecit, utrum hanc anulus vim
 haberet: atq; ita illi cõpertum fuit, quod versa ad se ge-
 ma à nemine videretur: versa aut ad alios, conspicuus
 fieret. Quod quidẽ expertus, curauit ut legatus ad regẽ
 vnã cum alijs mitteretur, profectusq; uxorem eius stu-
 prauit, & de rege interficendo cum ea consiliũ inijt, quo
 caeso, regnũ assumpsit. Si igitur duos tales anuli essent:
 alterumq; iustus, iniustus alterũ possideret ac ferret, nul-
 lus profectò esset, ut videtur, adeo adamãtinus, ut in-
 ipsa iustitia permaneret, & ab alienis abstinere vellet, cũ
 liceret illi ex foro intrepidè quodcumq; vellet arripere, in-
 grediq; alienas domos, & clanculum pro libidine cuiq; cõ-
 gredi, & pro arbitrio quilibet interficere, & ex carcere
 soluere, & alia, quasi par deo sit, inter hoies pro arbitrio
 facere. Hac igitur cum uterq; faceret, nequaquam alter
 ab altero in agendo differret, sed ambo eodem tenderet.
 Quæ quidem maxima apud oes esse pot coniectura, nemi-
 nem volentẽ, imò inuitum esse iustum, quasi id secundũ
 se, & priuatim non sit bonum. Quoniã ubicumq; iniuste
 agere quisq; se posse confidit, agit protinus: prodesse. n.
 quisq; priuatim multò magis existimat iniustitiã quã
 iustitiam: recteq; sentit quisquis ita iudicat, ut sermonis
 huius perhibent autores. Quod si qui homi facultatẽ na-
 ctus, velit ab iniustitia abstinere, neq; aliena tãgat, in-
 felicissimus oium & stolidissimus apud eos qui hoc aduer-
 terent, putaretur. laudarent tamen illũ palãm vicissim
 se decipientes, quia maxime timent ne afficiantur iniu-
 ria. Atq; hæc quidẽ ita sint dicta. Vitam verò utri-
 usq; iusti videlicet & iniusti, ita planè dijudicabimus,
 si iustissimũ virũ seorsum & iniustissimũ distinguemus,

aliter verò nequaquam. Sit autem hæc discretio talis, ut
 nihil auferamus iniustitia ab iniusto, neq; quicquã ab ius-
 to iniustitia, sed perfectum utrunq; in suo studio ponamus.
 Primum igitur iniustus itaquam oprimi artifices faciat:
 videlicet quemadmodũ gubernator summus uel medicus,
 qua in arte sua confici possunt, & q non possunt, sentit:
 & illa quidem aggreditur, ista relinquit, & si qua p-
 terea in re peccauerit, corrigere pot: ita & iniustus rectè
 iniurius aggrediens, lateat, si maxime iniustus futurus
 est. Sin autem dephensus fuerit, iners existimandus est.
 Extrema. n. iniustitia est, iustum videri eũ qui non sit
 iustus. Danda est igitur iniustissimo extrema iniustitia,
 neq; auferenda: sed permittendã, ut is qui iniuste multa
 patrauit, apud oes iusti habeat opinionem, & si qua in
 re peccarit, corrigere possit, sitq; ad persuadendum ido-
 neus, si quid de ipso mali facinoris nunciatur, et ad vim,
 si opus fuerit, inferendã, fortitudine & robore, opumq;
 & amicorũ copia. Cũ hunc talem finxerimus, iuxta
 ipsum virum ponamus iustũ, simplicem hoĩem & inge-
 nuum, qui secundũ Aeschylum non videri, sed esse bo-
 nus studeat. Remouenda quippe ab eo iustitiã ois opinio,
 ne iustus cuiquam videatur. Si. n. videbitur iustus esse,
 aderunt sibi honores & premia. Incertum igitur erit,
 iustine, an honorũ munerumq; gratia talis sit. Priuan-
 dus itaq; rebus omnibus præterquam iustitia, atq; ita po-
 nendus, ut superiori contrarium sit: cũ nihil agat inius-
 te, iniustissimus esse credatur: ut quasi quodam exami-
 ne ad iustitiam sit probatus, ex eo quod nec infamia, nec
 his rebus quæ eam sequuntur, à proposito suo dimoueat,
 sed usq; ad mortẽ immobilis persueret, dum per oem vi-
 tam iniustus existimatur, est tamen iustus: ut cũ utriq;
 ad extremũ peruenierint, hic quidẽ iustitiã, ille aut iniu-
 stitiã, iudicetur vter eorum sit beator. Papa, quã ve-
 hementer, o amice Glaucõ, utrunq; virum quasi statuã
 quãdam in iudiciũ manifestũ inducis. Quã maxime,
 inquit possum. Cũ ergo talis sit, nihil iã, ut arbitror, diffi-
 cile narratu est, qualis utrunq; vita maneat. Dicendũ
 igitur. quod si asperius aliquid dicatur, ne existima. me
 Socrates, hæc dicere, sed eos qui præ iustitia iniustitiã lau-
 dant. Dicent. n. quod ita affectus iustus cadetur, torque-
 bitur, & vincula patietur. Eruentur illi oculi, atq; de
 mum oia mala per se suspenderit, atq; cognoscat, non
 esse, sed videri iustum concupiscendum esse. Aeschylũ
 aut carmẽ rectius intelligi poterat de iniusto. Dicet profe-
 ctò iniustũ utpotè veritati consona scẽlãtẽ, neq; ad opinio-
 nem hoium viuentem, appetere quidem non videri, sed
 esse iniustum, profundum sanè sulcum & frugiferũ, mẽ-
 tem habentem, ex quo gloriosa germinent consilia. Pri-
 mum quidẽ magistratus capere in sua ciuitate, cũ iustus
 appareat: deinde quam velit uxore ducere, & suas cui
 velit elocare, cũ quibuslibet congregi comunicareq;, atq;
 ad hæc oia vilitatem capere quãstum facientem, cũ
 inferre iniuriam minimè vereatur: in certaminibus tũ
 publicis, tum priuatis superiorem euadere, plusq; emolu-
 mẽti quã aduersarios inde excerpere: atq; hinc effici di-
 uitẽ, vnde et proficit amicis, & inimicis obsit, deos aut do-
 narijs & sacrificijs magnificè colat, & multò melius
 quã iustus conciliare sibi possit quemlibet vel homi-
 num, vel deorum, ex quo consentaneum esse voluit, ut
 deo charior sit quã iustus. Hac ratione aiunt, o Socra-
 tes, &

Proverbiū.

tes, & apud deos, & apud homines melius iniusto vitam instituta esse, quam iusto. Hac cum dixisset Glauco, egoq; ad hæc respondere aliquid cogitarem, frater eius Adimantus, Non dū, inquit, o Socrates, satis de hac re dictū. Quid igitur? inquit. Quia id, inquit, dictum non est, quod maxime dici oportuit. Frater, inquit ego, adesto viro, ut habet proverbiū. Quare tu si quid hic reliquit, adiuvā. quanquā me quæ dicta sunt ab isto, convincere possunt, atq; afficere, ut defendere iustitiam nequeā. Nihil est, inquit. Audi & hæc præterea. Decet. n. & contrarias orationes inducere earum quas hic attulit, quibus laudatur quidem iustitia, iniustitia contra vituperatur, ut manifestius fiat quod mihi Glauco velle videtur. Præcipiunt sanè patres filijs, atq; oēs qui curam aliquorū habent, oportere iustum esse, non propter seipsam iustitiā laudantes, sed propter eos qui inde sequuntur honores: ut qui iustus habetur, ex ea opinione magistratus, & cōnubia, & quacūq; de eo qui iustus habetur, paulo antè dicebat Glauco, assequatur. Enimvero gloria illi p̄m̄ium quoddam in primis inducunt. Nam inferentes deorū benevolentias, summa referre possunt à dijs beneficia sanctis viris collata. Quod generosus Hesiodus Homerusq; testatur. Ille. n. iustus deos hoc concedere perhibet, ut quercus in ramis altioribus glandes ferant, in medijs apes, & oves lana oneretur, multaq; alia generis eiusdē bona. His similia dicit & alter. Quemadmodum. n. inquit, probo regi quiq; dei similis sit, bonum conferat nomen, ferat terra nigra triticum atq; hordeū, pomis grauentur arbores, fecunda pecudes facile pariāt, mare pisces subministret. Musæus item atq; eius filius excellentiora et bona iustis ab ipsis dijs tribui voluerunt. Apud inferos. n. agentes, ipsosq; in sanctorum conuiuijs collocantes, coronatos faciunt magna semper in voluptate ebrios vivere, existimantes pulcherrimum virtutis p̄m̄ium aternā ebrietatē. Qui aut longiora his p̄mia à dijs dari volunt, filios dicunt posterosq; iusti fidelisq; viri genus suum per secula propagare. His & hmoi iustitiam laudant, prophanos vero atq; iniustos cæno quodā apud inferos obruunt, & aquā cribro ferre cogunt. Videntes etiam infamia notant. Ac demum quacūq; supplicia eorum narrabat Glauco, qui iusti sunt, & videntur iniusti, eadem insuper iniustorū enarrant, alia vero non habent. Laus igitur & vituperatio sic vitrorum se habent. Præter hæc considera Socrates, aliam quandam de iustitia iniustitiāq; orationis speciem & priuatim & à poetis inductam. Omnes. n. vno ore canunt bonum quid temperantiam & iustitiam esse, difficile aut laboriosum: Intemperantiam vero & iniustitiam, incundum quidem & facile comparatu, opinione tantum legeq; turpē. Vtiliora quinetiam iustis iniusta, ut plurimum, vulgō dicunt. Et malos quidem diuites potentesq; facile honorant, priuatimq; ac publicè beatos appellant: eos autem contemnūt qui imbecilles & pauperes sunt, quamvis concedant ipsos meliores cæteris esse. Horum vero oīum maxime mirandi de dijs & virtute sermones circūferuntur, deos plurimis bonis hoībus infelicem vitam dedisse, malis aut contra. Vates insuper & arioli ad ianuas dinitum accedentes, persuadent vim habere, à dijs sacrificijs & carminibus acceptam, purgādi per celebritates & oblectamenta q̄dam, si quod scelus ab his, aut eorū maioribus patratum fuerit, & nocē

di parue etiam sumptu cuiusq; velint inimicorū & iniusto pariter & iniusto. Asserunt quippe tum blandimētū quibusdam, tū vinculis se deos inducere, ut sibi in his hoīminibus obsequantur. Ad hæc omnia poetarum afferūt testimonia, partim quod facile labamur in vitium.

Mortales vitium penitus labuntur in omne Præripites, quoniam facilis uia ducit ad ipsum, Hoc quia uel nobis iam tum nascentibus heret. Virtutem ante ipsam dii propoliere laborem, Difficilesq; uias cunctis adeuntibus illam.

Partim quod deus precibus nostris muneribusq; flectatur, Homerum adducunt testem, qui inquit: Exorabiles conuertibilesq; & dei sunt, & hos quidem sacrificijs, votis, libationibus, & hoīes cum peccauerint, p̄cantes vertūt. Sunt faciles superi, precibus flectuntur, & iidem Sacrorum nidore pio placantur, & ipsis Nimirum uotis hominum, quæ siquis in illos Errarit, ueniam rogans, concepit in aris.

Libros autem circūferunt Musæi & Orphæi, Luna & Musarum filiorum, secundum quos sacra celebrant, persuadentes non priuatim solum, Verumetiam ciuitatibus solutiones & purgationes scelerum per sacrificia cum ludorum oblectamentis fieri, & uiuentibus & defunctis quas quidem Teletas, id est, expiationes vocant, quæ ab illis quæ illis mala sunt, liberent: sacrificijs autē prætermisissis grauias nos manent. Hæc omnia, o Socrates, talia ac tanta de virtutis uitijq; p̄m̄ijs quo ad deos & homines pertinet, dicimus. Quid putamus acturos hæc adientes animos eorum iuuenum, qui solertes ingenio sunt, & ad omnia dicta commodè celeriterq; conuersi ex seipso deliberare possunt, qualis aliquis existens, & quomodo tendens quam optime vitam agat? Consentaneum iuuenem talem Pindari illud animo uolere. Vtrum uitæ conscendam alta mœnia? an obliquas doli uias ingrediari, meq; ita fulciens vitam agam? Ea enim quæ dicta sunt, mihi quidem si iustus sim, non tamen appareā, nihil prodesse dicunt, labores autē & p̄cenas certas esse. Iniusto vero opinione iustitia affecuto, Vita diuina adesse dicitur. Nonne igitur postquam existimatio hæc iustitiæ, ut sapientes tradunt, Veritatem cogit ac violat, & ad beatitudinem est præcipua, ad eam omnino tendendum est? Induere itaq; imaginē oportet iustitiæ, & quādam præ se ferre virtutis adumbrationem, à tergo vero illam sapientis Archilochi vulpem astutam ac variam trahere. At dixerit fortē quispiam, haud facile esse ut malus quis semper lateat. Nos vero respondebimus, nihil magnum esse facile. Veruntamen si beati esse volumus, hæc eundem est, quæ rationum vestigia ducunt. Etenim ut nostra improbitas occulta permaneat, coniurationes societatesq; inibimus. Ad sunt quinetiam persuasionis magistri, qui sapientiam concionatoriam & iudicalem tradunt: ex quibus partim persuasdebimus, partim cogemus, ut dū nobis plura arrogamus, p̄cenas minime persoluamus. Sed deos quidem neque latere, neque cogere possibile est. Verum si non sunt, vel humana non curant, haud nobis curandum est ut eos lateamus. Sin autē sunt & curant humana, nos non aliunde id nouimus, vel audimus, quam ex multorum sermonibus, & ex poetis genealogiam ipsorum scribentibus. Iidem vero ipsi perhibent posse deos precibus sacris & muneribus flecti. Quibus vel utrunque credendum est, vel neutrum.

Si ita

Si ita credendum, & iniuste agendum, atq; ^{ab, ex, de} ipsa rapina dijs sacrificandum. Iusti enim si simus, illasi à dijs erimus: sed quæstus qui per iniustitiam comparantur, respiciemus. Iniusti autem diuitias parabimus, sceleribusq; patratâ, illos precibus stectentes, à pœna liberabimur. Sed enim apud inferos pœnas dabimus eorû quæ hic iniuste commiserimus, vel nos, vel nati natorum. At, ò amice, dicere quadam ratione licebit: suprema pro peccatis commisis expiationes multû possunt, exorabilesq; dij sunt, ut maxima ciuitates dicunt. Et deorum filij pœtia, prophetaq; deorû, hæc ita se habere testantur. Ergò quæ ratio ulterius nos inducet, ut præ summa iniustitia iustitiam eligamus, quandoquidè si iniustitiam sub adulterina specie honestatis occultauerimus, & apud deos, & apud homines oia nobis ad votum succedent, & viuentibus, et defunctis, quemadmodum multorum excellentiumq; virorû testatur oratio? Ex oibus iâ dictis, ò Socrates, quis crediderit eum hominem iustitiam seruaturum, cui sit aliqua uis aut fortuna, aut opû, aut corporis, aut generis, ac non potius subrisurum, si laudari eam audierit? Quinimò si quis falsa ostendat quæ diximus, recteq; norit iustitiam optimum esse, vehementer ignoscet, neq; irascetur iniustus, cum intelligat, nisi quis diuina quadam natura iniquitatem oderit, vel doctrina abstinerit ab iniustitia, neminè sua sponte esse iustû: sed præ timiditate, vel senectute, vel alia quadâ imbecillitate vituperare iniustitiã, cû eam exequi nequeat. Quod quidè ex eo patet, quoniam ut primû quis potestate adeptus est, primus pro viribus agit iniuste: horûq; oium alia nulla est causa, quam ea unde hæc omnis oratio mihi et huic, ò Socrates, aduersum te profecta est. Quoniam ex vobis, ò mirifice Socrates, quicunq; laudes iustitiæ profitemini, à priscis illis herouibus incipientis, de quibus aliqua extat memoria, usque ad nostros homines, nullus unquam aliter laudauit iustitiam, vel iniustitiã vituperauit, quam ad gloriam muneraq; vel pœnas respiciens, quæ ab illis proficiuntur. Ipsum verò utrûq; suapte natura quid agat in habentis animo latens deos & homines, nullus unquam vel in poematis, vel alio sermones ad sufficientiam enarrauit, quod videlicet iniustitia sit maximû malorum omnium quocunq; sustineat aîus, iustitia verò maximum bonû. Si. n. sic ab oibus vobis fuisset à principio dictum, & nobis ab ipsa pueritia persuasum, non iniucè cohiberemur, ne quid in alium ageremus iniuste, sed vnusquisq; sui ipsius custos esset, timens ne iniuste agès, maximo malo adhereret. Hæc, ò Socrates, hætenus. fortè verò & plura Thrasymachus, aut aliquis alius de iustitia et iniustitia vtriusque conuertentes vim diceret, & onerose admodû. Ut mihi videtur. Sed ego nihil abs te celari volens, cupiensq; ex te audiri cõtraria, orationè protraho. Ne ergò nobis solum ostèdito iustitiam iniustitia præstantiorè esse, sed quò ipsa per se afficiens vtraque aîum, hæc quidem malum, illa bonum sit. Opiniones aut auferas, ut etiã Glauco iusserat. Si. n. non abstuleris vtrinque veras, falsas aut apposueris: non iustum dicemus laudare te, sed id quod iustum videatur: neque iniustum vituperare, sed quod videatur iniustum, tubereq; iniustum iustitiam occultare, assentiente Thrasymacho: Iustum quidè alienû bonum, potentiore conferens: Iniustum autem ipsum conferens atque vitile, imbecilliori tamen inutile. Postquam

igitur assensus es iustitiam his bonis annumerari, quæ & propter illa, quæ sequuntur, & multo magis ipsa propter se sunt expetenda, videlicet videre, audire, sapere, bene valere, & quacunq; alia bona suapte natura fecunda sunt & preciosa; nõ opinione constant: hoc vti que ipsum lauda in ipsa iustitia, quod per se ipsa habentem inuauat, cum iniustitia lædat. Opiniones autem et præmia alijs laudanda relinque. Nã ego quidem ceteros, quoties ita iustitiam laudarent, vel vituperarent iniustitiã, ferre possem, ut opiniones & præmia laudare, vel vituperare viderentur. Te autem minime, nisi fortè tu iustiferis: quoniam omnem vitam nulla in re alia, quam in hac speculatione consumpsisti. Ne igitur nobis solum oratione ostende præstantiorè iniustitia iustitiam esse, sed quoniam modo vtraz ipsarum sui participem afficiens, siue lateat, siue nõ lateat deos & hoies, hæc quidem bonû sit, illa malû. Hæc ego cum audissem, quauis & aliàs semper Glauconis & Adimanti ingeniu adamassem, tunc tamè vehementer admiratus sum, dixiq;: Non male in vos, ò filij illius viri, principium elegorû carminû amator Glauconis inscripsit, qui cû in Megarensi plio fortiter pugnauissetis: Ò filij, inquit, Aristonis inclyti viri, diuinû genus. Hoc bene dici videtur amici. Diuinè. n. affertis, si non estis persuasi, iniustitiam iustitia meliorè esse, cum adeo pro ipsa abunde loquamini. Videmini autem mihi persuasi non esse. Coniecturam capio ex vestris moribus, quoniam secundum orationem ipsam vobis minime credidissem. Quo aut magis credo, eo magis quò me veram ambigo. Nam quomodo adiuuem nescio. Videor quippe non posse. Illud autem signum est, quod ea quibus ego supra aduersus Thrasymachum sufficienter ostendisse putabam, iniustitia meliorem esse iustitiam, non admisistis. Neque rursus quomodo nunc succurram inuenio, veritus ne fortè impium sit, ut qui iustitiam coram vituperari intelligit, subterfugiat: neque pro eius defensione verba faciat, quam diu spirare, & loqui cõceditur. Præstat itaq; pro viribus suffragari. Tunc Glauco et ceteri oes rogant, ut omni ope auxiliarer, neq; disputationè relinquerem, sed perscrutarer quid esset utrûque, quæue reuera veriusq; utilitas. Dixi igitur, ut mea erat opinio, questionem hanc quam aggredimur, nõ esse contemnendam, sed hominis acutè cernentis opus, ut mihi videretur: ac postquam nos aliter nõ valeamus, perinde inuestigandam esse iustitiam, ac si quis non acutè cernentibus literas paruas proculq; positas legèdas mādasset: deinde animaduertisset aliquis easdem literas esse alibi i maiori quodam loco maiores atq; inde operæ precium censuisset, ut eas primo legentes, ita demum minores si eadè sunt, considerarent. Ita prorsus. Adimantus inquit. Sed quid tu simile in hac de iustitia inquisitione uides, ò Socrates. Dicam, inquam. Dicimusne iustitiam hominis vnus esse? Dicimus totius ciuitatis? Planè, inquit ille. Atq; ciuitas nõne maior vno viro. Maior, inquit. Fortasse igitur iustitia amplior in maiori inest, faciliorq; est cognitu. Quare si vultis, prius quæremus in ciuitatibus, quidnam sit. Idq; deinde in singulis considerabimus, maioris ipsius similitudinem in minoris idea cõtemplantes. Scite, inquit, loqui mihi videris. Si ciuitatem oratione constitutam inspiceremus, iustitiam quoque eius & iniustitiam videremus. Fortassis, inquit ille,

Quo facto spes erit facilius cognoscendi quod querimus. Maximè. Opus est igitur istud efficere. Nam nō parua res, ut arbitror. Considera itaq. Ecce cōsideramus, inquit Adimantus. Sed tu ne aliter facito. Fit Vig, inquit ego, ciuitas ut existimo: quandoquidē nullus nostrū ex seipso sufficiens est, sed multorū indiget. An verò tu putas aliud extitisse ciuitatibus cōstituendis initiū? Nulū aliud, inquit ille. Sic itaq, alius aliū aliumq, sibi & ad vsum aliū adiungentes, cū multis indigeamus, multos in habitationem vnam cōcatores adiutoresq, congregauimus. Quem cētū, ciuitatem nos appellamus. nōne? Oīno. Impertiant ergō vicissim sua, & aliena vicissim accipiunt, cōducere sibi vicissitudinē hanc existimantes. Ita prorsus. Age iam cōstituamus oratione nostra à principio ciuitatē. Faciet aut ipsam, ut videtur, indigentia nostra. Quidni? Prima verò & maxima omnium indigentia, est pparatio victus, ut & simus & vianmus. Certè. Habitationis secunda. Tertia vestitus & hmōi. Est ut dicis. Age igitur. Sed quonam modo ciuitas ad hanc pparationem sufficiet? An nō unus erit agricola, edificator alius, alius textor? Nunquid et coriariū ibidem annumerabimus, vel aliquem alium rerū ad corporis vsum pertinentium curatorem? Maximè. Erit itaq, ipsa ciuitas saltē ex quattuor, aut quinq, viris. Apparet. Quid igitur? Vnūquēque istorum oportet suū opus alijs cōicare? Videlicet agricolam vnum viris quattuor victū pparare, & in quadruplo tēpus & laborem in agricultura consumere, atq, alijs cōicare? an potius aliorū cura neglecta quartā sibi soli partem comparare, pparationē videlicet alimentorū in quarta temporis parte? Reliquarum aut partium temporis unam in cōstruenda domo, aliam in vestitu, aliam in calceis cōficiendis contere, neq, curiose alijs rem suam cōmunicare, sed ipsum sibi sine alterius auxilio providere? Fortè hoc modo, o Socrates, inquit Adimantus, facilius esset quā illo. Minimè per Ionem, inquam. absurdū enim. Nam te loquente cōsidero, nasci nos quidem non admodū similes, sed differentes inuicē, singulosq, ad singula opera pptos natura produci. An non tibi videtur? Mihi verò. Quid autē? agerētne melius aliquis vnus oēs simul artes, vel singuli singulas? Singuli singulas. At qui & hoc manifestū esse existimo, quod si nobis in alio quodam negotio occupatis, oportunitas alicuius operis praterit, eiusdem perit & actio. Patet. Non.n. quod faciendū est, facientis otium expectare vult, sed necessitas cogit facientē, opus ipsum obseruata semper occasione psequi. Necessè est. Ex his patet singula fieri & plura, & melius, & facilius, quādo singuli singula secū dū naturā occasione seruata ab alijs cessantes efficiunt. Sic est oīno. Pluribus igitur, o Adimante, opus est ciuibus quā quattuor, ad ea quæ diximus cōparanda. Nō enim agricola, ut videtur, sibi aratrū cōficiet, si cōmodū operi futurū est, neq, ligones et rastros, neq, alia instrumenta quibus agricultura indiget. Neq, rursus edificator. Multis.n. et huic opus est. Idemq, de textore & coriario dicendū erit. Idem. Fabri igitur lignarij et ferrarij, alijsq, hmōi plures artifices, nostri in eo oppido concines facti frequentius ipsum efficiunt. Vera loqueris. Sed nondū satis ampliū hoc esset, nisi ipsis bubulcus & opilio nes et pastores alios adderemus, ut et agricola ad arandū

boues haberent, & architecti iumentis ad conuēctandum materiem vterentur, textores autē & coriarij pellibus ac lanis. Haud sanè parua esset ciuitas, quæ oīa hæc haberet. Atqui constituere ciuitatem in eo loco in quo aduētionibus nō indigeat, fermè impossibile est. Impossibile certè. Indigebit igitur et alijs, qui ex alia vrbe importent, quibus hæc indigeat. Indigebit. Vanus autē esset minister nihil adducens earū rerum, quibus indigent hi, à quibus affert ea quorū sua ciuitas indiget. Vacuus.n. re dret. Nōne? Videtur. Oportet igitur non solū ea cōfici, quæ illi ciuitati sufficiat, sed qualia & quot ijs quibus illa indiget. Oportet sanè. Pluribus igitur agricolis & alijs artificibus nobis opus est in ciuitate. Pluribus certè. Et alijs insuper ministris qui & importent & exportent singula. Isti autē mercatores sunt. An nō? Sunt. Mercatores igitur indigebimus. Certè. Et si quidem maritima mercatura erit, multis etiā opus erit, qui maritima mercatura periti sint. Multis planè. Quid autē in ipsa ciuitate? quō inter se impertient ea quæ singuli operantur? Cuius impertionis gratia, cōicationem induximur, ciuitatemq, cōstruximus. Patet quod emendo et uendendo. Forū itaq, nobis et nūmus in cōmercijs ex hoc permutacionis gratia instituetur? Oīno. Num igitur ferens in forū agricola aliquid ex his quæ facit, vel aliquis alius artifex, si non in eodem tempore ueniat quo et illi quibus cū est hæc permutaturus, cessabit ab opera, in foro cōstiterit? Nullo modo. Sed sunt qui cū hoc animaduertant, seipso ad hoc ministeriū pparent. In ciuitatibus.n. recte institutis id agūt hōes quidam imbecilles corpore, et ad aliud opus inutiles, qui illic cōstituti circa forū partim quidem argento cōmutant cū his qui aliquid uendituri sunt, partim res dāt pro argento his qui empturi. Hæc ergo nescitas nobis cauponum genus in vrbe procreat. An nō caupones eos vocamus, qui se in foro ad uenditionem emptionemq, constituunt? Qui verò ad alienas vrbes migrant, mercatores? Proculdubio. Sunt & alij præterea, ut arbitror, ministri, qui cū huic societati parū animi viribus conferre possint, robur corporis sufficiens ad labores habent. Isti ergo roboris vsum vendentes, quia ipsum pramiū mercedem appellant mercenarij nuncupantur. Nōne ita? Ita prorsus. Complementū itaq, ciuitatis et mercenarij sunt videtur. Nunquid, o Adimante ita iā à nobis aduēta est ciuitas ut sit perfecta? Fortè. Vbi nō in ipsa, iustitia erit et iniustitia, et cui simul innata atq, insita ex his rebus quas tractauimus? Equidem, o Socrates, nescio, nisi fortè cōsistat in mutuo quodā vsu eorū quæ diximus. Forsitā bene dicis: Cōsiderādū tamen, neq, de sistendū. Et primū quidem intueamur qua ratione videntur, qui ita instituti sunt ciues. An non cibos parabunt, & vinū, et vestes calceamenta, et domos? Aestate quidē ut plurimū, sine veste, et sine calceis erunt: Hyeme autē uestibus et calceis sufficienter ornati. Nutrientur aut ex hordeo et frumento farinā cōficietes & partim quidem pinsendo, partim cōgerendo, placentas egregias panesq, super calamis, aut puris frōdibus imponentes, in lectisq, ex herbis smilace atq, myrto factis, discubentes comessabuntur ipsi & eorū filij, vini pocula sumentes coronati, & deos laudantes, iucundè simul vident, nec vtrā censum filios generabūt, cauentes et paupertatem & bellum. Et Glauco respondens, Sine obsonio, ut videtur, inquit,

inquit, conuiuas fecisti. Verum dicis, inquam. Oblitus enim hoc eram, quod quidem habituri essent obsonium, sal videlicet & oleas & caseum et porrum. praterea holera quasi agrorum pulmenta suscipient. Et bellaria ipsis addemus, ficuum, cicerum, & fabarum, et baccas myrti, & phaginas glandes prunis correbunt, modeste bibentes. Sicque quiete & salubriter viuentes ad senectutē usque, aliam eiusmodi uitā posteris suis relinquunt. Si subus, o Socrates, ciuitatē instituissem, quā nam alia ipsis cibaria preparares? Quid ergo agēdū? o Glauco. Quod multi solent, inquit, super thoris discumbendū, nisi misere velimus viuere, epulisque ex mensa vescendū, obsonijsque & bellarijs quibus his temporibus vtuntur. Esto Glauco, inquam ego. Intelligo: non. n. urbem, vt videtur, cōsideramus solum quō fiat, sed delicatam urbem. Forte igitur non male se habebit. Hanc. n. intuentes, forsitan deprehendemus ubinā iustitia et iniustitia ciuitatibus innascitur. Vera utiq; mihi ciuitas esse videtur quā diximus, tanquā sana. Verū si vultis, ciuitatē quoque turgidā consideremus. Nihil. n. prohibet. Profectō hęc, vt videtur, quibusdam nequaquam sufficient, atq; hic uictus non placebit, sed & thori addentur & mensa, & alij apparatus, et uasa, & obsonia, vnguentaque et suffitus, scorta, aromata, condimenta, oblectamenta, & hęc omnia profuse. Neq; solum ea quę supra retulimus, necessaria ponenda sunt, domus, vestes, et calces, sed addenda rursum pictura, et varietatis artificia, aurū et ebur, ceteraque eiusdem generis oīa. nōne? Oīno, inquit, Nōne igitur maiorem ciuitatem oportet constitui? illa. n. sana non amplius sufficiens est, sed mole quadam & multitudine replenda est, eorū qui non amplius & necessitatis causa in ciuitatibus sunt: quales sunt venatores oēs, & mimi, imitatoresque partim circa figuras atq; colores, partim circa musicā, poeta scilicet, eorumque ministri rhapsodi, recitatoresque carminū, actores, cantores, saltatores, redēptores & apparatus instrumentorumque uariorū artifices, tum aliarū rerum, tum earū quę ad muliebrem ornatū pertinent. Quinetiam ministris pluribus indigebimus. An nō opus esse tibi videtur, pedagogis, nutricibus, educatoribus, tonsoribus, ceterisque ornandi ministris? His preterea qui obsonia & culinam parent, praterea & subulcis egebimus. hęc enim nobis in priori ciuitate non erant. non. n. erat opus. In hac autem & hac, & alijs escis cōpluribus ex animalū carnibus indigebimus, an nō? Quid ni? An nō et medicis indigebimus multo magis: ita viuetes, quā ut antea dicebamus? Valde quidē. Atqui et regio, quę tunc eos hōies sufficere aiebat, parua erit. An quo modo dicimus? Est vt dicis. Nōne igitur de finitimorū regione nobis aliquid usurpabimus, vt satis agri habeamus ad pascendum atq; arādū, et finitimi quoque de nostra, si et alij ad cumulum diuitiarū se conferent infinitū, necessitatis terminos excedentes? Longe necesse erit, o Socrates. Pugnabimus ergo? Vel quid agemus? Pugnabimus. Atq; nondum dicimus, quid aut mali, aut boni bellū offerat: sed hoc solū, quod originē bellorū inuenimus: ex quibus cū eneniunt, et publice, te priuatim magna urbē calamitates inuadunt. Sic prorsus accidit. Igitur et maiore ciuitate opus est ad exercitū maximum cōparādū, qui ob ea quę dicta sunt, incurrētib; hostibus obuius sit. Nōne ad pugnandū isti sufficiāt quos narraui

mus? Non, siquidē tu atq; nos omnes rectē superiora cōcessimus, cū urbē constituentes, in hoc conuenimus, impossibile esse unū plures artes bene exercere. Veta loqueris. Certamen bellicum non artificiosa facultas est? Est, & maxime quidē. Nunquid igitur de coriaria magis quā de bellica est curandū? Minime. Prohibuimus autē ne coriarius opera simul aggrediretur agricola, vel textoris, vel architecti, & in sua duntaxat arte versari praecepimus, vt opus ipsius quā optime nobis conficeretur: singulisque alijs singula pro cuiusque ingenio tribuimus, vt quisque id unū ad quod natura ducit, aggrediatur, octumque & ceteris agens, & temporis opportunitate seruata, optime illud efficiat. An vero parū quid interest, vtrum bellica rectē peragantur necne. An forte vsque adeo facile hoc studiū, vt possit quis bellicosus simul vir esse et agricola, vel coriarius, vel aliquis alius artifex? lusor autē talorū vel alearum, nullus quidem idoneus esset, ni a pueritia studiū illi arti adhibuisset, sedulusque incubuisset. Et scutum quidem accipiens, vel alia quadā militaria arma et instrumenta vno die idoneus miles erit in quouis certandi genere, aliorum autē instrumentorum nullum aliquem artificem faciet vel athletam, neque vtile erit illi qui in eo studio peritus nō fuerit, et sufficienter exercitatus. Preciosa admodum instrumenta essent. Nōne quāto maius custodia opus est, tāto maiori otio indigebit, arteque et exercitatione maior? Ita existimo. Nōne et natura ad studiū ipm idonea. Quid ni? Nostrum igitur erit officium, ut uideatur, quoad fieri possit deligere, quę & quales natura sint ad urbē custodiendam idonea. Nostrum planē. Per ionem, nō humile negotium sumpsimus: nō tamen est formidandum, quatenus vires suppetunt. Nō certē. Existimā sine differre naturā generosi canis, et generosi adolescentis ad custodiā agendā? Quorsum hęc? Vtrumque ipsum sagacem oportet esse ad sentiendum, & velocem, deinde ad insequendum, ac demum robustum, cū affectus fuerit, ad pugnādū capiendūque. Opus certē est oībus istis. Atqui audax & fortis sit oportet, si quidem bene pugnaturus sit. Quid ni? An vero fortis erit & audax qui iracundus nō sit, siue equus, siue canis, seu quoduis aliud? An nō animaduertisti inexpugnabilem in uictaque esse iram? qua presente aīa oīs intrepida ad omnia est et inuicta? Animaduerti. Manifestum est qualem corpore custodem esse oportet. Manifestum. Quinetiam qualem & aīa, scilicet iracundum. Et hoc. Quo ergo, o Glauco, asseri nō erunt aduersus se inuicē ciuesque alios, cū tali natura pediti sint? Haud facile istud per ionem. Veruntamen oportet erga suos māsuētos: aduersus autem hostes, imites esse: alioquin haud expectabunt donec ipsos alij perdant, sed ipsi seipsos perdent. Sic accidet. Quid igitur faciemus? Vbinam māsuētum simul & iracundum ingenium reperiemus? Cōtraria nanque iracunda natura mitis apparet. Verum qui alterutro horum carebit, custos bonus non erit. Hęc autem in unum cōgredi non posse videntur. Atq; ita sequitur, vt bonus custos inueniri nō possit. Videtur vt dicis. Et ego hęc rās, mecumque ipse animo superiora reuoluens, merito, inquam, dubitamus amice. Nā ab ea quā supra induximus cōparatione digressi sumus. Quo pacto id ais? An nō inuenimus tales quosdā esse naturas, quales minime putaueramus, habentes hęc simul in se contraria? Vbinā?

In alijs animalibus hoc Virique Videre licet, & non minime in eo custode, cum quo nostrum custodem comparabimus. Nosti. n. generosi canis hunc à natura morè esse, ut aduersus familiares & notos mitissimus sit, contra Verò aduersus ignotos. Noui certè. Ergo neq; impossibile est, ne que præter naturam quod querimus, talem videlicet esse custodem. Sic apparet. An videtur præterea tibi opus esse, ut qui futurus sit custos, ad ferocitatem illam addat ut natura philosophus sit? Quomodo istud ais? Non. n. intelligo. Atqui & hoc in canibus intueri licet, quod quidem in bestia dignum admiratione sit. Quale istud?

Quem enim ignotum viderit grauer fert, & si nihil mali ab eo sit perpeffus. Noto autem blanditur, quãuis nihil boni ab eo susceperit. An nondum hoc admiratus es? Haud Valde hucusq; animaduerti, quod autem hoc facit, manifestum est. At. n. videtur hic natura ipsius effectus ingenuus, ac Verè philosophus. Qua ratione? Quoniam aspectum nulla re alia amicum et inimicum discernit, quã quod hunc quidem nouit, illum autè ignorat. Nõne igitur merito dicendum erit discendi cupidum, atq; studiosum, quod cognitione & ignorantia discernit domesticum ab extraneo? Erit. Quidni? Porro discendi studiosus & philosophus idem. Idem. Cur igitur audacter non ponamus & in homine, siquidem aduersus familiares & notos mitis futurus est, philosophum ipsum esse & discendi cupidum oportere? Ponamus. Philosophus igitur & iracundus, & velox, & robustus natura erit, qui ciuitatis custos optimus est futurus. Sic est omnino. Talis itaq; custos sit. At quo pacto nutrietur à vobis, erudienturq; custodes? Atque hæc consideratio nunquid vobis conferet ad id cuius gratia consideramus omnia, comperendum, quomodo scilicet in ciuitate iustitia insit & iniustitia? id certè cogitandum est, ne forte vel necessaria dimittamus, vel superuacua prosequamur.

Reor equidem, inquit Glauconis frater, disceptationem hanc summopere ad id quod nobis propositum est, conducere. Ita & ipse per Iouem, ò amice Adimante, existimo. Non igitur desistendum, neq; etiam si hæc longiora essent.

Non certè, inquit. Age itaq; quemadmodum in fabulis otium agentes confabulantesq;, oratione hos homines instruamus. Nempe sic decet. Quæ igitur erit disciplina? Num difficile erit inuenire meliorem illa quæ hæcenus longò tempore est inuenta? est autem hæc ad corpus quidem pertinens gymnastica, ad animum musica. Est planè. An non musica eruditio hæc prius quàm à gymnastica, incipere debet? Certè. Cum musicam dicis, sermones etiam ponis necne? Pono. Orationis autem species dua, vera & falsa. Ita est. Erudiendus utiq; in utraq; custos futurus, priusq; in falsa. Haud intelligo quid dicas. Nescis quod pueris fabulas prius narrauimus? hæc autem, ut simpliciter dicam, falsæ sunt, licet quædam etiam veridica indicentur. prius autem fabulis ad pueros quàm gymnasijs utimur. Est ut dicis. Hoc ergo volebam, cum dicerem attingendam esse prius musicam quàm gymnasticam. Probe. An nescis in unaquaq; re maximum quid principium esse? præsertim inueni & tenero cuiq;. Maxime. n. tunc formatur induiturq; figura quam quis vnicuiq; imprimere velit. Omnino quidem.

An adeò facile permittemus quaslibet fabulas à quibuscunq; formatos audire pueros, animiq; imbibere

opinionem ut plurimum contrarias illis, quas cum adoleuerint, habere illos debere existimamus? Nullo modo id permittemus. Primum igitur, ut videtur, fabularum fictoribus præficiendi sunt, qui siquam bonam fabulam fecerint, eligant, reliquas autè abijciant. Quas deniq; elegerimus, per nutrices, & matres pueris narrandas curabimus, ut ipsorum animi fabulis multo magis informetur quàm corpora manibus. Ex his Verò quas nunc recensent, multa erunt abijcienda. Quales, inquit? In maioribus, inquam ego, planè minores videbimus. Oportet. n. eandem figuram esse, eademq; potentiam & maius pariter & minorum. An non censet? Censeo equidem. Verum quas maiores appelles, nequaquam intelligo. Quas Hesiodus & Homerus reliquiq; poeta scripserunt. hi nanque hominibus falsas fabulas effinxere, quæ quotidie circumferuntur. Quas fabulas dicis? quid in ipsis dānas? Quod & primo & maxime damnari oportet, præsertim cu aliquis nõ benè mentitur. Quid istud? Quando quis verbis malè fingit, quales dij & heroes sint, instar pictoris nulla ex parte similia figuranti ad ea quæ imitari conatur. Atqui talia merito vituperantur. Verū quò dicimus? & quæ apud eos talia reperimus? Primum quidè & maximum, & de maximis rebus mendacium, quod non probè mentitus est Hesiodus, quãdo gesta illa à Cælio fingit, additq; quemadmodum Saturnus cum puniuit, quæ ne egit Saturnus recenset, & quæ à filio perpeffus est. Quæ quidem & si vera essent, non tamen patrem tam aperte ad homines mentis inopes adolescentem proferenda, sed tacenda potius. Sin autem necessitas adferet loquendi, in arcanis audienda paucis non potum sacrificantibus, sed preciosam quandam raramq; vñiam, ut quàm paucissimos audire cõtingat. Profecto duntaxat hi sermones. Neq; dicendi, ò Adimante, in ciuitate nostra. Neq; dicendum inueni audienti, quod qui iniquissima facinora perpetrat, nihil mirum committat: aut qui peccantem patrem supplicio afficit, nõ multum preuaricetur, imò faciat quod primi maximiq; deorum fecerunt. Non per Iouem. Nam neq; mihi quidem digna hæc videntur, quæ dicantur. Neque omnino quod cum dij bellum gerant, insidientur, & pugnent. Neq; enim vera: siquidem oportet futuros apud nos ciuitatis custodes turpe putare inter se inuicem disfidere. Quare nec ðlo pacto narrandum illis gigantum bellum, præliãque per multa deorum & heroum cognatis suis proximisq; indicta: sed si quo pacto persuasuri sumus, nullũ unquam ciuem cui aduersatum esse, neq; esse hoc sanctũ, talia quædam potius & pueris statim, & adolescentibus à senioribus aniculisq; narranda sunt, cogendiq; poetæ, ut ad hæc fabulas suas dirigant. Vincula autem Iunoni à filio iniecta, & Vulcanum cælo à patre proiectum, cum ille matris verberatæ subuenire vellet, aut deorum pugnas quotcunq; Homerus scripsit, minime in ciuitate recipere debemus, siue per allegoriam dicta hæc sint, siue sine allegoria. non. n. adolescens hæc dignoscere potest, sed quæ in eã atate opinionibus accipiuntur, altius adherere, difficilimeque eradicari consueuerunt. Quorũ fortè gratia dāda oĩno est opera, ut hæc fabellæ quas primas audient, optime institutæ ad virtutem sint. Non est procul à ratione quod dicis. Verum si quis interroget hæc quæ sint, & cuiusmodi fabulæ, quidnam dicemus? ò Adimante, poetæ quidem

Qualis debeat esse custos.

Principium in unaquaque re maximum.

quidem nos in presentia neque ego, neque tu sumus, sed civitatis institutores: hos autem nosse oportet figurarum, in quibus fingere poeta fabulas debeant: quas si excesserint, fabulae huiusmodi admittenda non sunt. Neque tantum ad civitatis institutores pertinet fabulas fingere. Recte loqueris. sed hoc mihi declara, quales ista circa theologia figurarum? Tales quaedam, qualis ipse Deus est, talis semper est describendus, siue carminibus describatur, siue canticibus, siue etiam tragodia. Ita decet. Nonne bonus & ipse Deus est, & ita dicendum? Proculdubio. Atqui nullum bonum noxium est. Nullum, ut arbitror. Quod innoxium est, nunquid nocet? Nequaquam. Quod non nocet, nunquid malum facit? Neque istud quidem. Quod autem nihil mali facit, nullius mali est causa. Nullius. Item nonne conducibile bonum est? Prorsus. Ergo bene feliciterque agendi causa est. Est. Non igitur omnium causa bonum est, sed eorum quae bene se habent causa: eorum vero quae male, nequaquam. Sic est omnino. Non igitur Deus, quum bonus sit, omnium causa est, ut multi dicunt, sed paucorum quidem hominibus in causa est, multorum vero extra causam. Multo enim pauciora nobis sunt bona quam mala. Et bonorum quidem solus Deus causa est dicendus. Malorum autem quamlibet aliam praeter Deum causam querere decet. Verissima loqui mihi videris. Neque Homeri igitur, neque alterius poeta accipiendum est peccatum, stulte de diis dicentis, in Iouis limine duae iacere dolia plena sortibus, bonis unum, malis alterum. Cumque ex his Iupiter inuicem comixtis impertit alicui, alias huic bene, alias male est. Cui vero ex altero datur, hunc vesana fames super terras exagitat. Neque vero admittendum est Iouem nobis penuriam esse bonorum atque malorum. Confusionem vero iuramentorum induciarumque a Pandaro factam, si quis per Iouem & Aternuam factam fuisse dixerit, nequaquam laudabimus, neque deorum controuersiam dissensionemque, & iudicium per Themim atque Iouem. Neque quod dicit Aeschylus, adolescentes audiant Deum mortalibus causam praebere, quando uult funditus domum subvertere. Verum si quis tabula inducat, in quibus passiones Niobes referantur, vel Pelopidarum, vel Troianorum, aut aliquid huiusmodi, vel sinendum non est eum dicere haec dei esse opera: uel si dei sunt, educenda est in his ea quam nunc quarimus ratio, dicendumque Deum quidem bona iustaque egisse, atque eos puniendo inuisse. Quod vero miseri sint qui poenas pendunt, sitque Deus qui sic affligit, poetam dicere non est permittendum. Sed si diceret malos homines, utpote miseros, poenis egere, easque soluentes a Deo iuari, permittendum. Malorum autem alicui causam esse ipsum Deum quum bonus sit, refellendum est omnino, neque permittendum hoc quenquam dicere in sua ciuitate, si bonis institui legibus ciuitas debet, neque insuper quenquam audire, siue sit ille iunior, siue senior, siue carminibus haec inferantur, siue soluta oratione narrentur, tanquam quae neque dicta sancta sint, neque nobis uitalia, neque inter se consona. Confusor fragator tibi sum hac in lege ferenda. mihi nempe haec placent. Haec itaque una sit lex atque figura ex his quae circa deos ferenda sunt, in qua cogatur unusquisque et dicere, & inducere Deum non omnium causam, sed bonorum. Sufficit. Quid autem haec secunda? Num existimas praestigiatore esse Deum, & tanquam ex insidijs alias alia specie

apparere? & alias quidem in multas formas speciem suam mutantem, aliumque effectum, alias autem nos decipientem, Vanasque de se nobis imagines offerentem? Vel simpliciter potius minimeque omnium sua ex specie discedentem? Nescio quid in presentia de his dicam. Quid autem hoc? Nonne necesse est siquid a specie sua discedat, vel ipsum a se mutari, vel ab alio? Necesse. Haudquaquam ab alio quae optime se habent, mutantur atque vertuntur, quem admodum corpus a cibis, & poculis, & laboribus, & plantaria omnia ab aestu tempestatibusque ventorum, & huiusmodi passionibus: ubi quod integerrimum est, & robustissimum, minime permutatur. Ita certe. Nonne animum quoque fortissimum, & sapientissimum externa perturbatio minime permutaret? Sane. Quinetiam composita omnia vasa, aedificia, vestimenta eadem ratione bene constructa, ac bene se habentia, minime vel tempore, vel passionibus alijs immutantur. Est ut dicis. Quicquid igitur bene se habet, vel natura, vel arte, vel veris que, minimum permutationem ab alio suscipit. Videtur. At vero Deus ipse, et quae dei sunt, omni ex parte quam optime sese habent. Quidni? Hac igitur ratione minime formas plures Deus susciperet. Minime. Nunquid autem se in se verteret mutaretque, Deus? Manifestum hoc est, si quidem mutaretur. Vtrum igitur in melius, & pulchrius, vel in peius ac turpius? Necesse est in peius, si modo mutatur. Non enim indigum pulchritudinis & virtutis esse Deum dicimus. Recte nimium loqueris. Verum cum haec ita se habeant, credisne tu sua sponte aliquem, siue Deum, siue hominem, deteriore se facere? Impossibile certe istud, impossibile igitur Deum mutare se velle. Sed ut videtur, pulcherrimus optimusque cum sit deorum quisque, quod fieri potest, omnes sua in forma sempiterna & simplici perseuerant. Necessarium esse omnino hoc arbitror. Nullus igitur poeta nobis, o vir optime, dicat, deos hospitibus similes varijs in formis verbes adire. Neque aliquis de Proteo, & Thetide similia mentiat. Neque in tragodijs, aut alijs poematis inducat Iunonem in sacerdotum speciem permutata Inachi Argiui fluminis filijs vita dona tis munera colligentem. ceteraque talia nemo audeat fingere. Neque matres Vanis his fabulis pueros terreant, deos quosdam nocte vagari peregrinos quibusdam varijs sub formis persimiles, ne simul & in deos male dicant, & ipsos pueros timidores reddant. Nullo modo. At vero nunquid dii ipsi immutabiles sunt, sed quibusdam praestigijs nos decipientes varias in formas mutari videntur? Forsitan ita. Quid vero, mentiri ne Deus vult, aut verbis, aut re falsam obiectans imaginem? Nescio istud. An nescis quod ipsum reuera mendacium, si modo dici id potest, omnes homines dijs oderunt? Quid istud ais? Sic inquam. Nullus enim sponte vult ipso quodam sui praecipuo praestantissimoque, & circa res praecipuas praestantissimasque mentiri, sed summopere illud ibi mendacium timet. Neque nunc etiam intelligo. Putas me magnam aliquid dicere. Ego autem dico quod ipsa anima circa res ipsas mentiri, & mentitum esse, & inscitia falli, atque in ea habere accepisseque mendacium, nullus unquam eligeret. Mendacium quippe habere in animo summopere omnes oderunt. Summopere. Atqui recte quod modo dicebam, hoc reuera mendacium uocaretur, in animo mentientis inscitia. Quoniam quod est in sermone mendacium,

Deum causam esse boni, non mali.

imitatio quaedam est passionis eius qua est in animo, & posterius procedens simulacrum, haud omnino purum mendacium. Nonne ita? Ita profus. Ipsum itaque reuera mendacium non solum dijs, sed hominibus etiam est odiosum. Mihi quidem videtur. Quid aut ipsum in verbis mendacium, quandonam, & cui adeo vtile est, ut non sit odio dignum? Nonne aduersus hostes atque eos qui uocantur amici, quando ob furorem atque aliquam inscitiam malum aliquod facinus aggrediuntur? Tunc porro auertendi gratia tanquam medicina quaedam vtile est: & in his quas modo dicebamus confabulationibus, eo quod non cognoscamus in quo antiquarum rerum consistat veritas, assimilantes veritati mendacium. ita. n. maxime id vtile facimus. Sic est profus. Secundum ergo quid istorum, mendacium est vtile Deo? An quia non cognoscit vetera, sub veritatis imagine mentitur? Ridiculu istud quidem. Poeta igitur mendax in Deo non est. Non mihi videtur. Nunquid metu hostium mentietur? Longe abest. An propter familiarium dementiam atque insaniam? At nullus stultorum & insanorum, Deo amicus est. Non igitur est cur Deus mentietur? Non.

Ergo omnino sine mendacio est deorum demonumque natura. Omnino. Quare & simplex omnino Deus, & verax dictis ac factis, neque mutatur ipse, neque alios decipit, neque per visiones, neque per sermones, neque per signa, neque nobis dormientibus, neque vigilantibus. Ita quoque mihi de hoc te dicente videtur. Concedis ergo hanc secundam esse figuram, in qua oportet de dijs ita dicere, & audire, tanquam qui neque praestigiatores sint, neque se mutant, neque mendaces nos, aut dictis, aut factis seducant? Concedo. Multa igitur ab Homero dicta laudantes, somnum ab Ioue Agamemnoni missum nequaquam laudabimus. Neque Aeschylum, cum Thetidem inducit dicentem, quod Apollo filium eius interemit: qui tamen in eius nuptijs discumbens cecinerat, bonam Thetidem stirpem fore longeuam, morbisque intactam. Cecinit quippe multa Apollo, inquit, fortunisque meas Deo amicas fore praedixit, & letitia me laudationibus suis affecit. Atque ego os Phoebe sperabam diuinum, veridicum, fatidicumque esse. Ipse vero idem qui laudabat, in mensa & ipse discumbens, ipse haec fatus, ipse idem mihi filium interfecit. Talia quaedam quoties de dijs dicuntur, protinus reclamabimus exhibebimusque, neque permittemus, ut ludorum magistri ad iuuentutis disciplinam istis utantur, si custodes apud nos pij atque diuini quoad homini possibile est, futuri sunt. Accipio equidem hanc formam, proque legibus ubique utar.

DIALOGVS TERTIVS DE REPUBLICA, VEL, DE IVSTO.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



DIALOGVS tertius custodum educatione in secundo inchoatam proficitur. Atque sicut in secundo prohibuit eos audire falsa turpiaque de dijs, ita hic vetat tragica audire de inferis, quae reddere illos possunt timidiore. Item & comica, quae effusorem concitant risum. Talia enim mollis euadit, qui quotidie in lacrymas risu profusiore reuoluitur, quam qui dolore lacrymare compellitur.

Quoniam vero non solum procul a timiditate custodes arcendi sunt, verum etiam ab intemperantia & auaritia, atque iniustitia, ideo rursum audiri vetat carmina poetarum, quibus vel decorum, vel heroum magnorumque virorum libidines, rapinae, iniquitatesque finguntur. Haec autem educatio militaris omnibus fere civibus est aequae communitatis. Inter haec quae de mendacio dicit attende. Mendacium civitatis calamitas est, videlicet quando priuati inter se mentiuntur, maxime vero si magistratibus mentiuntur. Perinde ac si aegroti medico, vel naua mentiuntur gubernatori. Licet autem gubernatoribus interdum rei mendacio salutis publicae gratia, & priuato quandoque erga priuatum, solum gratia mali cuiusdam grauissimi deuitandi. Licet & confabulari moderate de rebus antiquis, quarum veritas ignoratur, & quasi per imagines quasdam res illas quarum certam formam uix habemus, effingere. Proinde orationem in species tres distinguit. Aut enim simplex narratio est, aut imitatio simplex, aut ex utriusque permixta. Omnem uero sermonem reprobatur, qui uilissima quaeque referunt absque delectu, & aget hominem perturbatum. Quisquis enim diu studiose aliquid imitatur, in eius transit naturam. Quocirca poetam perturbatos animos acris imitantem, tanquam iuuentuti noxium iubet uel mutato stylo constantem habitum imitari, uel ex utroque procul abire. Dicit quoque eum qui plura, uel imitando, uel faciendo pertractat, in singulis tandem ita deficere, ut in nullo euidat egregius. Pergit uero deinceps ex prima musica, id est poesi, ad sequentem, eamque in tres distribuit species. Orationem, harmoniam, atque rhythum. Principio phibogum musici uocem uocant harmonicam, id est consonantiam a prima quae neque adeo grauis sit ut nequeat ab eodem cantore grauior fieri, neque tamen acuta, ut edam non possit acutior. Harmoniam deinde ex phibogis constituit, congruam uidelicet mensuram in excessu atque defectu grauium uocum, & acutarum, atque mediarum. Sunt hic uoces quattuor, grauis atque acuta, & surgens in acutam, & declinans ad grauem. Item prime proportionum quattuor, dupla inter duo atque unum. Sesquialtera inter tria atque duo. Sesquitercia inter quattuor atque tria. Sesquiquarta inter nouem atque octo. Proportionem duplam sequitur consonantia uocis octauae: Sesquialtera, quinta: Sesquitercia, quarta: Sesquiquarta, demique tonus. Sed his alibi diligentius. Accedit tertio loco rhythmus, id est ordo quidam motionis, & temporis, ut ex secundo Legum percipitur. Postquam enim uoces harmonicae quaedam excessu defectusque mensura per intentionem remissionemque uoculati, opus est rhythmo, per quem uocum acutarum, grauium, & mediarum motus ac tempora metiaris, & in singulis, & inter singulis. Motus dico blandiores, seueriores, & medios. Tempora dico, longiora, breuiora, aequalia, per accentus longos breuique, & medios. In his nota basem uocabulorum esse diuersam: nam ut res exigua significat, fundamentum, sedem, pondus, progressumque, & terminum. Praeter haec considerandi sunt nouem consonantiae, & dissonantiae communissimae gradus. Primus in ratione, id est opinio cum ipsa rei ueritate consentiens. Cuius contraria est opinio falsa a ueritate dissentiens. Secundus in imaginatione. Cuius consonantia est consecutio rationis: Dissonantia uero persecutio externorum. Tertius in effectu, uel temperanter rationem sequente, uel imaginationem intemperanter. Quartus in sermone decoro, uel indecoro, quatenus uel rectam rationem, uel imaginationem tumultuariam sequitur. Quintus in cantu. Cuius consonantia est, decorum imitari sermonem, dissonantia indecorum. Sextus in sono cantum aliter uel aliter imitante. Septimus in saltu canticum, uel inconcinno ad choream pertinente. Octauus in quadam membrorum corporisque totius compositione, tanquam spectaculo gratia, quam exercitio gymnastico propria. Nonus in artificiosius cumbetibus artis operibus, musica quadam proportionem compositis. Hi nouem gradus Musas tibi referant nouem. Memento uero optimam omnium harmoniam esse animi temperantiam. Quam & sequentes ceterae imitantur, & uicissim eum frequentantur, augent. Quapropter imbet eas duntaxat consonantias exerceri, audiri, spectari, quae habitum mentis constantem referant, non superbia elatum, non iracundia effratum, non uoluptate mollium atque resolutum, non fractum dolore, non misericordia, uel indigentia querulum. Probat ergo concentum grauem atque constantem, improbat autem extremos, id est concentum atque mollem: damnat quoque multiplicem, laudat praeter ceteris simplicem. Plurimum uero in animum posse iudicat harmoniam. Si quidem harmonia quaedam diuina sit animus, celestisque harmonia aliquando, ut Platonicè dixerim, affuetus. Rursum harmonia quaedam consistit corpus, consistat & spiritus. Praeterea consonantia uocum aerea aereum spiritum motu penetrans, affectumque camentis & animi secum transferens, audientis affectum mouet affectu, & animi afficit animo, sensumque mores infundit. In omnibus animalibus uerte quam non civili solum, sed etiam religiosa admodum obseruantia Plato suam erudiat ciuitatem, semperque quod & praecipit